

monendo, ex alia causa excommunicando et aliter interdicendo et declarando quam sibi  
65 commissum fuit, ut patet applicata commissione ad processum, ideo, si contingat non  
servari interdictum ita ut in eisdem mandatis, quod hoc non fiet aliquomodo in contemp-  
tum censurarum, sed ob nullitatem processum et ne propter sentencias nullas divinus  
cultus postergetur;

protestor quarto, quod, si processus domini Herbipolensis non fuissent et essent nulli,  
70 quia tantum de absolucione, que facta fuit per dominum Ratisponensem, omnibus con-  
stat et de reintrusione non constat aut quod ipse ad reintrudendum habuerit potesta-  
tem aut commissarius committendi sibi, ymo pocius creditur et presumitur ex multis  
causis contrarium, ideo, quamquam clerus usque modo cessum divinorum satis stricte  
in finem, quod partes cicius concordarentur, servaverit, cum nunc experiatur par-  
75 tem adversam laborare, ne in iure audiatur, non intendit amplius cessum divinorum  
servare, sed deo, prout tenetur, suum famulatum iuxta assumptum officium tribuere  
ac sibi et suis periculis necessitatibus, quibus, ut notorium est, multipliciter in  
corpo et rebus propter cessum divinorum subest, absque omni contemptu cum omni  
reverencia et timore subvenire et ex prefata reintrusionis aut eciam pretensorum  
80 processuum, ut prefertur, per dominum Herbipolensem fulminatorum causa et causis  
amplius non debere cessare, nisi aliter mandaverit sacrum concilium attentis supra-  
dictis et maxime sua diligencia de prosequendo interpositas appellaciones, tam diu  
quousque per hoc sacrum concilium de hoc cognitum aut aliter declaratum fuerit pa-  
riter et mandatum;

85 protestor eciam, quod nullitates processum et reintrusionis, diligencia cleri in  
prosequendo appellaciones, impedimenta partis adverse, motiva et raciones, quare  
hactenus clerus cessum servavit et amplius non intendat, nisi ut supra scribitur,  
ac eciam protestaciones in hoc sacro concilio facte principibus electoribus, vicinis  
communitatibus et aliis manifestabuntur in finem et effectum, ut cunctis pateat nihil  
90 temere attemptari per clerum prefatum, sed semper hoc egisse et agere velle, quidquid  
cognoverit deo gratum, iuri et rationi consentaneum.

---

74 cicius: scicius    88 facte: factas.

**1432 Oktober 31, Basel.**

**Nr. 144**

*Konzilsprotokoll. NvK als Prokurator Ulrichs und des Trierer Klerus.*

*Kop.: PARIS, Bibl. Nat., lat. 15623 f. 86v; ROM, Bibl. Vat., Regin. 1017 f. 196r (zu den Hss. s.o. zu  
Nr. 102).*

*Druck: CB II 259.*

*Erw.: Vansteenberghe 55; Meuthen, Trierer Schisma 139f.*

*Generalkongregation. . . Magister Nicolaus de Cusa procurator domini electi Treuerensis et cleri com-  
munis Treuerensis post aliqua per eum verbo proposita, concernencia processum agitatum per epis-  
copum Herbipolensem iudicem subdelegatum contra huiusmodi clerum, protestatus est, ut in cedula  
per eum porrecta continetur<sup>1)</sup>, de quibus peciit instrumentum. Fuit ordinatum, quod domini duo-  
5 decim videant huiusmodi negocium et ponatur in singulis deputacionibus.*

---

<sup>1)</sup> Nicolaus: Nycolaus *R* Cusa: Coßa *P* cleri: clero *P*    4 duodecim: XII *P*    5 negocium:  
negocia *R*    ponatur: ponantur *R*.

---

<sup>1)</sup> Nr. 143.